sacerdotes, Levitas, meros et simplices Israelitas, et servos populi, idem quoque ordo post reditum servatus est, ut censent Jun., Malv. Cùm verò auctor affirmat hic, eos, de quibus sermonem institutus est, primos fuisse qui habitaverunt in possessionibus suis, indicat successu temporis alios pariter rediisse, qui inter cetera ab illis loca occuparunt. Constat utique, Esdram rediisse primùm Judaeorum turban satis frequentem, et Nehemiam deinde alios secum duxisse, 1 Esdr. 2, 2 ; tum multò etiam plures redierunt. Fortasse etiam innuere voluit illos qui viverunt ante captivitatem, quique post reditum in regionem pristinas hereditates pacificè reconperarunt. Testibus Esdrâ, 3, 12, et Aggaeo, 2, 4, 10, discimus plurimos superfuisset, qui oculati testes templum vetus ante transmigracionem spectaverant.

NATHINAE, vel Dati ; haec enim est significatio Hebraeae vocis *Nethinim* ; Sept. : *of dedaives*. Origine sua Nathinei reliquiae erant Gabaonitarum, qui dolo ignaram mentem et religionem Josue capientes, deprehensi deinde, ad confendendam aquam et ligna in templum Domini damnati fuerunt, Josue 9, 27. Servi erant publici, ad opera templi destinati, sub nutu sacerdotum et Levitarum. Successu temporis adjecti sunt illis Chananaei, bello capti, quibus parere visum est. Legitur in 1 Esdrâ 8, 20, *Nathinacos datos fuisse à Davide et principibus ad ministeria Levitarum* ; et 1 Esdr. 2, 58, *filii servorum Salomonis fuisse dicuntur*. Legimus

equidem in 5 Reg. 9, 20, 21, principem hunc subactas à se reliquias Chanaanorum ad opera varia adgesse, ac præsertim, ut sacerdotes et Levitas maximè laboriosis ministerii servitibus levarent. Nathinæi abducti in captivitatem fuerunt cum tribu Juda, et frequentissimi erant in montibus Caspiis, 1 Esd. 8, 17. Reduces è captivitate quisque manserunt in destinatis sibi urbibus, 1 Esd. 2, 70, et Hierosolymis decretam sibi frequentarunt urbis portionem, *Ophel* appellatam, quò, in urbem venientes, divertebant, 2 Esd. 5, 26. E captivitate reduces cum Esdrà viginti ac ducenti numerabantur, 1 Esd. 8, 20; et alibi census exhibetur trecentorum nonaginta duorum, qui cum Zorobabele remeârunt, 1 Esd. 2, 58: quare, nisi servitibus sacerdotum assidue occuparetur parvus hic Nathinæorum numerus, ferre solus non poterat onus exteriorum munerum templi: hinc post captivitatem, ut Nathinæi laboribus levarentur, festa quedam instituta sunt, quibus ligna ad templum conferbantur. Vide quò de Gaboniis contulimus in Josue 9, 25.

VERS. 5. — DE FILIIS JUDA..... DE FILIIS QUORUM EPHRAIM, ET MANASSE. Non Juda modò, et Benjamin, sed et reliquæ tribus, quæ uti voluerunt facultate à Cyro Judæis concessâ regrediendi in patriam, in Palestinam reverti commode potuere. Redierunt autem quamplurimi è tribubus Ephraim et Manasse, qui in urbibus Juda sedes constituerunt. Regio erat illa pro numero hominum vastissima, neque incommodum filiis Juda contingere poterat, si fratres suos in regionem suam et communionem concessæ libertatis acciperent. Vide nostram dissertationem, utrum decem tribus è captivitate redierint. Discimus, 2 Esd. 11, 1, 2, ex Nehemiâ, invitatos fuisse Judæos, ut migrarent Hierosolymam, quin et jussos fuisse plures, qui in agro sedem constituerant, eò venire, fortè eductis iis qui eam ad rem cogendi erant, ac decimâ totius populi parte delectâ, et incolis frequentarent urbem amplissimam, et habitatoribus egentem.

VERS. 4. — OTHERI FILIUS AMHED. Idem esse videtur, qui in Nehemiâ 11, 4 appellatur, *Athias filius Asiae*. Neque mirum si nomina, quæ hic leguntur, plurimum discrepent ab iis quæ occurrunt in Nehemiâ; maximè enim inconcians est ratio pronuntiandi Hebræa nomina propria: rari erant pariter, qui sibi plura nomina non adsciscerent: denique census non semper accurati, nec universum populum continentis in-

stituntur; suppletur sæpè aliquid in toto loco, quod in altero deest. Qui hic legitur census, Judæorum est facile redutum cum Zorobabele, ac migrantium Hierosolymam; qui verò exhibetur in Nehemiâ, simul continet etiam eos qui post Zorobabelem in eam metropolim diverterunt; ex quo factum est, ut alter census altero sit frequentior. Discrimen hoc satis indicant verba illa textûs, viros hosce primos fuisse incolas Jerusalem.

VERS. 5. — ET DE SILONI (1): ASAI PRIMOGENITUS. Non satis constat, utrum Siloni viri nomen sit. Sunt qui ducant ex urbe *Silo*; sunt qui è Sela filio Juda, quasi diceretur: Asai primogenitus et princeps unius familiae, è stirpe Sela. Vide Num. 26, 20: *Faerua filii Juda... Sela, à quo familia Selaitarum.* Et 2 Esdr. 11, 5: *Filius Zachariæ, filius Silonitis.*

VERS. 7. — FILII ODIA, aliter *Joed*, Nehem. 11, 7, vel *Juda*.

VERS. 11. — AZARIAS, aliter *Sarraia*, Nehem. 11, 11.

MOSOLLAM, aliter *Sellum*. 1 Paralip. 6, 12, 15. PONTIFEX DOMUS DEI. Sammam sacerdotem agebat eo tempore Jesus filius Josed, ci, 1 Esd. 5, 8; ille verò, de quo hic, pontifex erat *Azarias*, appellatus *Sarraia* in secundo Esdræ 11, 11, primasque inter sacerdotes tenebat, tum et princeps erat unius ex amplissimis familiis, et facillè etiam secundus erat à summo sacerdote. Porrò alibi animadvertimus sacerdotem, secundâ dignitate à summo sacerdote insignitum, 4 Reg. 15, 18. Hebræus: *Azarias filius Helciae... filii Achitob, ducis*, vel principis domus Dei. Si quis postremam hanc phrasim accipiat de præfecto ostiariorum et Levitarum, excubias templo agentium, ille quidem hanc dignitatem nullo negotio Azariæ largiatur.

VERS. 12. — FILII PHASSUR. Non filius, sed abnepos erat, 2 Esd. 11, 12. Jeroham filius erat Phelciae, filii Ansi, filii Zachariæ, filii Phesbur, vel *Phassur*.

MAASAI FILIUS ADIEL, FILII JEZRA, FILII MOSOLLAM, FILII MOSOLLAMITE. Variat aliquid in Nehemiâ ibid. v. 15: *Amasai filius Asreel, filius Abasi, filius Mesollamoth.*

VERS. 14. — DE LEVITIS AUTEM; ex Levitis qui venerunt sedem habituri Hierosolymis, qui modò subduntur.

(1) Subaudi, filiis; *Siloni* erat vir celebris, oriundus ex tribu Juda, verum non ex Pharus vel Zare, ut ex hoc loco patet, sed ex Sela descendens. Nam hi tres solo fuere Judæ filii superstitis, quia Iler et Onan à Deo occisi sunt, Genes. 38.

(Corn. à Lap.)

VERS. 15. — BACBACAR CARPENTARIUS. Atoni Lyra, Menochius, Tostatus, Tirinus, sacerdotes et Levitas nullam è mechanicis artibus exercuisse. Porrò hic carpentarium non agebat, sed præfuisse fertur opificibus, qui ad sarta tecta templi laborabant. Sunt qui Hebræum *Cheresch* accipiant pro cognomine; *Bacbacar*, cognomento *Cheresch*. Septuaginta: *Babakar*, et *Ares*. Sed quid prohibet, ne vocem hanc in consuetâ significatione accipiamus? Quidni sacerdotes et Levitæ, dum per otium licebat, et vacabant à muneribus templi, honestam aliquam artem exercerent, cum præsertim latifundis carentes, abstinere à colonicis? Nunquam vitio datum est opificium honestum, neque indignum habitum, quod à ministris Domini exerceretur: vulgare id non erat et indecorum apud Hebræos. Uri et Beseleel in honore sunt apud Moysen, et Hiram sub Salomone, Homerus, Iliad. E, inter heroes belli Trojani Phædrum filium carpentarii recensent.

VERS. 16. — IN ATRIIS NETOPHATHI. Levitis hisce traditi sunt pagi in agro *Netophath*, urbis tribus Juda, supra, c. 11, v. 34. Recedendum fuit à decretis Josue quoad urbes sacerdotum et Levitarum, cum regio esset arctior, et numerus minor. Sacerdotes in urbes suas receperant Levitas, qui è regno Israelis in ditionem Juda secedere coacti fuerant: quod semel acceptum, post reditum è captivitate servatum est, quantum temporum et locorum opportunitas patiebatur.

VERS. 17. — JANITORES: SELLEM, ET ACCUR, etc. Quatuor hi principes erant Janitorum; at Sellum, unus è quatuor, cæteris præerat (1). Quatuor igitur erant ordines Janitorum, infra, v. 24: primus ad orientem, alter ad occidentem, tertius ad meridiem, quartus ad septentrionem. Quæ cohors lateri occidentali destinabatur, excubias agebat in vertice itineris ex ædibus regis ad templum deducens, 1 Par. 26, 16. Cæteris sua erat unicuique janua. Jubebantur etiam custodire cellas et araria domus Domini, uti discimus inferius, v. 26.

VERS. 18. — USQUE AD ILLUD TEMPUS IN PORTA REGIS AD ORIENTEM OBSERVABANT PER VICES SUAS DE FILIIS LEVI. 4 Reg. 16, 18, à nobis probatum est, in ædibus regum Juda portam fuisse, è latere templi patentem, unde aditus dabatur ad portam orientalem atrii sacerdotum, atque inde ad præparatam regis cathedram via. Porta

(1) VERS. 26: *His quatuor Levitis creditus erat omnis numerus Janitorum.*

hæc orientalis nonnisi die sabbati recluderetur, Ezech. 46, 1 et seq. Quamvis autem soluta captivitate nullus esset rex in Israele, non defuisse tamen suos de more custodes portæ regis, ferunt. Id autem inferendum creditur ex iis verbis: *Usque ad illud tempus*. Sed ego in aliam sententiam textum reddo, ut sit veluti collectio præcedentium. Hebræus legit tantummodò: *עד ידו זמן*, *Usque huc*. Itaque dicta continentur in tabulis: hic finis tabularum. Nunc subjiciendus est ordo, inter custodes portæ regis ante captivitatem servatus.

VERS. 19. — SELLEM FILIUS CORE... CUM FRATRIBUS SUIS... SUPER OPERA MINISTERII, CUSTODES VESTIBULORUM: ET FAMILIÆ EORUM PER VICES CASTRORUM DOMINI CUSTODIENTES INTROITUM. An adversum est supra, v. 17, *Sellum* cum fratribus, id est, cum tribus aliis Levitis, præfuisse omnibus Janitoribus et custodibus templi: familiæ eorum, vel classes Levitarum, inter quos ipsi recensebantur, excubias agebant in templo, quod castra omnipotentis regis est. Erant illi *super opera ministerii*, id est, custodia templi illis incumbebat. Ministrasæ illos *per vices*, ita Hebræo hic non legitur; constat tamen, Levitas privatos jure ministerium templo non exhibuisse; et ex v. 25 intelligimus, abire illos consuevisse è servitio singulis sabbatis. Sed duces, vel principes muneris sui nunquam templo vel urbe Hierosolymâ abesse permittentur, nec semestrem habebant vacationem, uti constat ex v. 34. Ultima versiculi hujus verba ita sonant in Hebræo: *Iti sunt custodes liminum tabernaculi, et patres eorum constituti erant super castra Domini, custodes introitus*. Filii Core id præstiterunt in secundo templo, quod olim patres eorum primò quidem in tabernaculo per desertum, deinde in templo Salomonis. Excubias agebant foribus sacris; hic tamen nonnisi de custodibus familiæ Core sermo est, quanquam solos egisse id ministerium, affirmare non ausim.

VERS. 20. — PHINEES FILIUS ELEAZARI ERAT DUX EORUM. Hebræus: *Phinees filius Eleazari dux erat antea super eos; Dominus cum eo*. Ita mortuus precari mos est. Phinees filius Eleazari præerat filiis Core; et Zachariæ filio *Mosollamie* supremum manus ad portam Sanctuarii commissum erat v. 21. Commentis Rabbinarum refutandis hic non immoramur; persuadere enim credulis nituntur, celebrem illum Phinecem, qui nomen suum studio legis sub Moysè commendavit, Num. 25, angelum fuisse caelo identidem missum, qui præsertim post



erat, cur prohiberentur ne in urbibus et pagis rusticis habitarent.

VERS. 35. — IN GABAON COMORATI SUNT (1), PATER GABAON JERIEL. Repetitio sunt hæc eorum, quæ capite 8, 29, etc., exposita sunt.

NOMEN UXORIS EJUS MAACHA. Ita textum hunc

(1) Transit à Levitis ad Benjaminitas, ut ad Saulem primum regem Israël, deinde eo amoto ad Davidem descendat; Davidis enim causâ hæc omnia scribuntur, quia ejus familia regia perduravit usque ad captivitatem Babyloniam, imò usque ad Machabæos; sed tum non regia, sed ducali auctoritate præfuit populo.

(Corn. à Lap.)

#### CAPUT X.

1. Philisthim autem pugnabant contra Israel, fugeruntque viri Israel Palestinos, et ceciderunt vulnerati in monte Gelboe.

2. Cùmque appropinquassent Philisthæi persequentes Saül, et filios ejus, percusserunt Jonathan, et Abinadab, et Melchisua, filios Saül.

3. Et aggravatum est prælium contra Saül, inveneruntque eum sagittarii, et vulneraverunt jaculis.

4. Et dixit Saül ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, et interfice me, ne fortè veniant incircumcisi isti, et illudant mihi. Noluit autem armiger ejus hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saül ense, et irruit in eum.

5. Quod eùm vidisset armiger ejus, videlicet mortuum esse Saül, irruit etiam ipse in gladium suum, et mortuus est.

6. Interit ergo Saül, et tres filii ejus, et omnis domus illius pariter concidit.

7. Quod eùm vidissent viri Israel, qui habitabant in campestribus, fugerunt: et Saül ac filii ejus mortuis, dereliquerunt urbes suas, et hùc illùque dispersi sunt: veneruntque Philisthim, et habitaverunt in eis.

8. Die igitur altero detrahentes Philisthim spolia caesorum, invenerunt Saül, et filios ejus jacentes in monte Gelboe.

9. Cùmque spoliassent eum, et amputassent caput, armisque nudassent, miserunt in terram suam, ut circumferretur, et ostenderetur idolorum templis et populis.

legerunt Septuaginta, Chaldæus, Syriacus, Arabs, et ita pariter legitur capite 8, 29, ex quo non temerè inferas, corruptum esse textum Hebræi ferentis hic זרין, sororis ejus, pro זרין, uxoris ejus. Porro repetitio hæc genealogiæ Saülis deducit nos ad Davidem, qui potissimus est libri hujus scopus.

VERS. 39. — NER GENUIT CIS. Eadem genealogia jam supra in capite præcedenti, v. 33, data est.

VERS. 42. — JARA, aliàs Joada, 1 Par. 8, 56. Septuaginta legunt hic Jada.

VERS. 45. — RAPHAIA, idem ac Rapha, 1 Par. 8, 37.

#### CHAPITRE X.

1. Or les Philistins ayant donné bataille contre Israël, les Israélites furent mis en fuite par les Philistins, et un grand nombre d'Israélites furent tués sur la montagne de Gelboé.

2. Les Philistins étant venus fondre sur Saül et sur ses enfants, tuèrent Jonathan, Abinadab et Melchisua, enfants de Saül.

3. Enfin le fort du combat tomba sur Saül même. Les archers le reconnurent, et le blessèrent de leurs flèches.

4. Saül dit alors à son écuyer: Tire ton épée, et tue-moi, de peur que ces incircumcisis ne viennent, et ne m'insultent. Son écuyer, saisi d'épouvante, ne voulut point le faire; ainsi Saül prit donc son épée, et se jeta dessus.

5. Ce que son écuyer ayant vu, savoir que Saül était mort, il se jeta de même sur sa propre épée, et mourut.

6. Saül mourut donc, et ses trois fils et toute sa maison périt avec lui.

7. Les Israélites qui habitaient la campagne, ayant vu cela, s'enfuirent; et comme Saül était mort aussi bien que ses enfants, ils abandonnèrent leurs villes, se dispersant de tous côtés; ainsi les Philistins y vinrent et s'y établirent.

8. Le lendemain de la défaite, les Philistins dépouillant les morts, trouvèrent Saül et ses fils étendus sur la montagne de Gelboé;

9. Et l'ayant dépouillé, ils lui coupèrent la tête, prirent ses armes, et les envoyèrent dans leur pays, pour les porter de tous côtés, et les exposer dans les temples de leurs idoles à la vue du peuple.

40. Arma autem ejus consecraverant in fano dei sui, et caput affixerunt in templo Dagon.

41. Hoc eùm audissent viri Jabes Gade, omnia scilicet quæ Philisthim fecerant super Saül,

12. Consurrexerunt singuli virorum fortium, et tulerunt cadavera Saül et filiorum ejus: attuleruntque ea in Jabes, et sepelierunt ossa eorum subter quercum, quæ erat in Jabes, et jejunaverunt septem diebus.

13. Mortuus est ergo Saül propter iniquitates suas, eo quòd prævaricatus sit mandatum Domini quòd præceperat, et non custodierit illud, sed insuper etiam pythionissam consuluerit.

14. Nec speraverit in Domino: propter quod interfecit eum, et transtulit regnum ejus ad David filium Isai.

#### COMMENTARIUM.

VERS. 4. — PHILISTHIM AUTEM PUGNABANT CONTRA ISRAEL. Vide eandem historiam hisdem penè verbis relatam in primo Regum 51; hæc autem nihil habent cum præcedentibus connexionis.

VERS. 5. — INVENERUNTQUE EUM SAGITTARII, ET VULNERAVERUNT JACULIS. Reddū Hebræus potest: *Et sagittarii invenerunt illum* (aggressi sunt), *et tenuit sagittarios*. Aggredientes sagittarios tenuit. Profectò tum vulneratus non erat, saltem graviter, eùm ense transfodere se constituit. Necem hanc peperit mens ingenti terrore turbata.

VERS. 4. — NOLUIT ARMIGER EJUS HOC FACERE, TIMORE PERTERRITUS. Quid metuebat armiger? regiam majestatem: mixta timori reverentia prohibebat ne manus in dominum suum inferret: præsens et commune illi cum Saule discrimen mentem turbavit, ne animadverteret. Metuere usurpatum sapè pro revereri. In primo Regum 51, 10, didicimus quam multis commentis Amalecitis inferserit narrationem suam de obitu Saülis, quam Davidi exponebat. (1)

(1) VERS. 5. — *Ce que son écuyer ayant vu, et regardant Saül comme mort, il se jeta aussi lui-même sur son épée, et il mourut.* On a remarqué dans les explications du second livre des Rois, que Théodoret, avec plusieurs interprètes, a cru que tout le récit que l'Amalecité fit à David de la mort du roi Saül, était une chose inventée, et qu'il espéra se faire un mérite auprès de ce prince, en lui déclarant que c'était lui-même qui avait contribué à ôter

40. Ils consacrerent ses armes dans le temple de leur dieu Astaroth. Ils pendirent le corps de Saül sur la muraille de Bethaan, et attachèrent sa tête dans le temple de Dagon.

11. Quand les habitants de Jabes de Galaad eurent appris le traitement que les Philistins avaient fait à Saül,

12. Les plus courageux d'entre eux s'étant assemblés, s'en allèrent et enlevèrent les corps de Saül et de ses enfants, et les apportèrent à Jabes, où ils les brûlèrent. Ils enterrèrent ensuite leurs os sous le chêne qui était à Jabes, et ils jeûnèrent pendant sept jours.

13. Ainsi mourut Saül à cause de ses iniquités, parce qu'au lieu de garder le commandement que le Seigneur lui avait fait, il l'avait violé: et de plus, il avait consulté une pythionisse.

14. Et n'avait point espéré dans le Seigneur; c'est pour cela que Dieu le fit mourir, et qu'il transféra son royaume à David, fils d'Isai.

VERS. 6. — OMNIS DOMUS ILLIUS PARITER CONCIDIT. Quicumque ex ejus familia secuti fuerant

la vie à son ennemi, quoiqu'il ne l'eût pas fait. Il semble effectivement qu'une circonstance si considérable n'aurait pas été omise ni dans le premier livre des Rois, ni dans cet endroit des Paralipomènes, où la mort tragique de Saül est racontée dans le détail, et d'une manière toute semblable.

Quoi qu'il en soit, il paraît quelque chose de si effrayant dans cette mort, qu'on ne saurait s'empêcher de remonter jusqu'à la cause d'un si terrible événement. Il ne faut point la chercher ailleurs que dans les versets suivants, où le Saint-Esprit l'a marquée expès pour nous donner de la crainte de ce qui a fait tomber ce prince dans un malheur si déplorable. Saül mourut de la sorte, dit l'Écriture, à cause de ses iniquités. Il était donc coupable de plusieurs. Mais on peut dire qu'elles naissaient toutes comme d'une même racine, c'est-à-dire, de l'orgueil secret qui l'avait porté d'abord à violer le commandement que le Seigneur lui avait fait, et à ne se mettre point en peine, selon qu'il est dit ici, de le garder. Car le prophète Samuël lui avait donné cet ordre de la part de Dieu, de tuer tous les Amalécites, leurs bœufs, leurs brebis, et tous leurs autres bestiaux, sans en épargner aucun. Et pour lui faire connaître plus vivement avec quelle fidélité il se devait acquiescer de ce précepte, il l'avait fait soulever en même temps que celui qui le lui donnait, était le même qui l'avait fait roi. Car c'est ce qui semble être renfermé dans la force de ces paroles: *Samuël vint dire à Saül: Le Seigneur m'a envoyé pour vous aneier roi sur son peuple d'Israël: Ecoutez donc ce qu'il vous commande; ce qui est de même que s'il lui eût dit: Souvenez-vous, ô prince, que si Dieu vous a*

regem ad bellum, cum illo pariter in certamine perierunt. Quosdam solummodo è domo ejus infantes tenella ætas retinuerat Gabææ, uti Miphibosethum filium Jonathæ, et Isbose-

établi pour commander sur son peuple d'Israël, vous en êtes d'autant plus obligé vous-même d'écouter ce qu'il vous commande et d'y obéir.

C'est donc de ce commandement du Seigneur qu'il est parlé ici, lorsqu'il est dit que Saül mourut de la sorte pour avoir violé le commandement que le Seigneur lui avait donné, et ne s'être point mis en peine de le garder. Or il ne l'avait violé que d'une manière qui pouvait paraître légère, en épargnant seulement Agag, le roi d'Amalec, et en souffrant que le peuple prit des brebis et des bœufs pour les immoler au Seigneur. Mais parce que l'obéissance est meilleure que les victimes, comme Samuel le lui déclara, et que c'est se rendre coupable d'une espèce d'idolâtrie de ne se soumettre pas à la volonté de Dieu, il fut rejeté de lui dès ce moment, et l'on connut dans la suite, par les excès effroyables où Saül se précipita, de quoi est capable un homme que Dieu a abandonné à lui-même.

Qu'on ne s'étonne donc plus de ce que ce prince persécuta avec une si grande fureur le jeune David; de ce qu'il commit un si horrible carnage en la personne de tant de prêtres consacrés au Dieu d'Israël; de ce qu'étant effrayé par la multitude des Philistins qui le venaient attaquer, il consulta une magicienne, lui qui avait publié auparavant des ordres très-rigoureux contre tous les magiciens et tous les devins qui étaient dans ses états; et de ce qu'enfin il mourut en désespéré, n'ayant plus aucune espérance au Seigneur, selon qu'il est dit ici. Toutes ces choses étaient seulement des rejetsons malheureux de cette première tige de l'orgueil d'un prince qui, n'ayant pas

#### CAPUT XI.

1. Congregatus est igitur omnis Israel ad David in Hebron, dicens: Os tuum sumus, et caro tua.
2. Hæc quoque, et nudistertius, cum adhuc regnaret Saül, tu eras qui educebās et introducebas Israel; tibi enim dixit Dominus Deus tuus: Tu pasces populum meum Israel, et tu eris princeps super eum.
3. Venerunt ergo omnes majores natu Israel, ad regem in Hebron, et inivit David cum eis fœdus coram Domino: unxeruntque eum regem super Israel, juxta sermonem Domini, quem locutus est in manu Samuel.
4. Abiit quoque David, et omnis Israel in Jerusalem: hæc est Jebus, ubi erat Jebusei habitatores terræ.
5. Dixeruntque qui habitabant in Jebus

thum filium Saülis. Hebræus ad litteram: Omnes domus ejus pariter mortui sunt, præfecti omnes, domestici, filii.

VERS. 9. — OSTENDERETUR IDOLORUM TEMPLIS ET POPULIS. Hebræus: Ad ammittendum idolis suis (doloribus suis) atque populis. Idola hæc usurpantur vel de sacerdotibus, vel de cultoribus idolorum, vel de templis. Victoriæ suam inelamârunt in templis; numinibus suis egerunt grates, lætumque nuntium per totam latè regionem dissipârunt.

VERS. 10. — CAPUT AFFIXERUNT IN TEMPO DAGON. Legitur in primo Regum 51, 40, suspendisse illos miseri cadaver mœnibus Bethsan sed nihil repugnat quin suspensum fuerit caput, vel calvaria, ut est in Hebræo, caput nudum et carne extitum in templo Dagonis, truncum verò cadaver mœnibus Bethsan.

VERS. 12. — SUBTER QUERCUM, QUÆ ERAT IN JABES. Reddi potest Hebræus: Sub querceto Jabes: vel, sub memore Jabes, uti reddidit S. Hieronymus, 4 Reg. 51, 45; vel denique, sub quercu, sub quercu illâ celebri et insigni Jabes.

VERS. 15. — MORTUUS EST PROPTER INQUITATES SUAS. Quòd scilicet pepercit regi Amalecitarum; quòd captos ex illo greges servaverit, 4 Reg. 45, 25, ac denique quòd artibus pythônissæ totum se crediderit.

voulu obéir à celui qui l'avait fait roi, éprouva par une funeste expérience ce qu'il était capable de faire, étant séparé et rejeté de son Dieu. (Sacy.)

#### CHAPITRE XI.

1. Tout Israël s'assembla donc vers David à Hébron, et lui dit: Nous sommes vos os et votre chair.
2. Et ci-devant même, lorsque Saül régnaît encore, c'était vous qui meniez Israël au combat et le rameniez; car c'est à vous que le Seigneur votre Dieu a dit: Vous serez le pasteur de mon peuple d'Israël, et vous en serez le prince.
3. Tous les anciens d'Israël vinrent donc vers le roi à Hébron, et David fit alliance avec eux devant le Seigneur; et ils le sacrèrent roi sur Israël, suivant la parole que le Seigneur avait dite par la bouche de Samuel.
4. David, accompagné de tout Israël, marcha ensuite vers Jérusalem, nommée autrement Jebus, dont étaient maîtres les Jebuséens, habitants du pays.
5. Ceux qui demeuraient dans Jebus di-

ad David: Non ingredieris huc. Porrò David cepit arcem Sion, quæ est civitas David.

6. Dixitque: Omnis qui percuaserit Jebusæum in primis, erit princeps et dux. Ascendit igitur primus Joab filius Sarviæ, et factus est princeps.

7. Habitavit autem David in arce, et idcirco appellata est Civitas David.

8. Edificavitque urbem in circuitu à Mello usque ad gyrum: Joab autem reliqua urbis extruxit.

9. Proficiebatque David vadens et crescens, et Dominus exerecitum erat eum eo.

10. Hi principes virorum fortium David, qui adjuverunt eum ut rex fieret super omnem Israel juxta verbum Domini, quòd locutus est ad Israel.

11. Et iste numerus robustorum David: Jesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iste levavit hastam suam super trecentos vulneratos unâ vice.

12. Et post eum Eleazar filius patru ejus Ahoites, qui erat inter tres potentes.

13. Iste fuit cum David in Phesdomin, quando Philistiim congregati sunt ad locum illum in prælium: et erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratque populus à facie Philistinorum.

14. Hi steterunt in medio agri, et defenderunt eum: cumque percussissent Philisthæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo.

15. Descenderunt autem tres de triginta principibus ad petram in quâ erat David, ad speluncam Odollam, quando Philistiim fuerant castrametati in valle Raphaim.

16. Porrò David erat in præsidio, et statio Philistinorum in Bethlehem.

17. Desideravit igitur David, et dixit: O si quis daret mihi aquam de cisternâ Bethlehem quæ est in portâ!

18. Tres ergo isti per media castra Philistinorum perrexerunt, et hauserunt aquam de cisternâ Bethlehem, quæ erat in portâ, et attulerunt ad David ut biberet; qui noluit, sed magis libavit illam Domino.

rent alors à David; Vous n'entrerez point ici. Néanmoins David prit la forteresse de Sion, qui est la cité de David;

6. Et il fit publier que quiconque battrait le premier des Jebuséens, serait fait chef et général. Ainsi Joab, fils de Sarvia, monta le premier, et fut fait général.

7. David prit son logement dans la citadelle; et c'est ce qui la fit appeler la Ville-de-David.

8. Et il bâtit une ville tout autour, depuis Mello, et d'un bout jusqu'à l'autre; et Joab répara le reste de la ville.

9. David faisait tous les jours de nouveaux progrès, s'avancant et s'affermissant de plus en plus; et le Seigneur des armées était avec lui.

10. Voici les premiers d'entre les braves de David, qui l'ont aidé à se faire reconnaître roi sur tout Israël, suivant la parole que le Seigneur avait dite à Israël.

11. Et voici le dénombrement des plus vaillants hommes de David: Jesbaam, fils d'Hachamoni, chef de trente. C'est lui qui ayant pris sa lance, en blessa trois cents ennemis en un seul combat.

12. Après lui Eléazar Ahoites, fils de son oncle, était entre les trois plus vaillants.

13. C'est lui qui se trouva avec David à Phesdomin, quand les Philistins s'y rassemblèrent pour donner bataille. La campagne était en ce lieu toute semée d'orge, et le peuple s'était enfui de devant les Philistins.

14. Mais ceux-ci firent ferme au milieu du champ, et le défendirent; et après qu'ils eurent battu les Philistins, Dieu donna une grande délivrance à son peuple.

15. Trois d'entre les trente princes descendirent vers David sur cette roche où il était, près de la caverne d'Odollam, quand les Philistins avaient mis leur camp dans la vallée de Raphaim.

16. David étant donc ainsi dans son fort, et une garnison des Philistins dans Bethlehem,

17. Il se trouva pressé de la soif, et il dit: Oh! si quelqu'un pouvait me donner de l'eau de la citerne de Bethlehem, qui est près de la porte!

18. Ces trois hommes traversèrent donc le camp des Philistins, puisèrent de l'eau dans la citerne qui était à la porte de Bethlehem, et l'apportèrent à David, afin qu'il en bût; mais il s'y refusa, et il aimait mieux la répandre en l'honneur du Seigneur.